



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Xantonensi Episcopo, & Priori Sulbisiensi Xantonensis diocesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

680 Epistolarum Innocentij III.

cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo procedatis, eos qui se gratia, odio vel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam compellentes veritati testimonium perhibere; ut per relationem vestram certificati de ipsis, sine personarum acceptione quod justum fuerit auctore Dominino statuamus. Nullis litteris obstantibus haec tenus à fide apostolica imperatris. Quod si non omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Signæ 11. Non. Septemb. pontificatus nostri anno decimoquinto.

ABBATI DE TILIETO.

Epiſt. 160.
Vt Albigenan-
ses reverentiā
exhibeant Ar-
chiepiscopo
Iauensi.

CVM dilectis filiis electo & Clericis Albinganensis nostris dederimus litteris in mandatis ut venerabili fratri nostro Iauensi Archiepiscopo tamquam suo Metropolitano impendant obedientiam & reverentiam debitam ac devotam, sicut à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus est statutum, devotioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus eos ad hoc diligenter moneas & inducas &, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam sublatu appellations obstaculo prævia ratione compellas. Datum Signæ VIII. Idus Iulij, pontificatus nostri anno quintodecimo.

XANTONENSI EPISCOPO, & Priori Sulbiensi Xantonensis dioceſis.

Epiſt. 161.
De ordinanda
Ecclesia Sulbi-
ensi.

SIcut tu, fili Prior, transmissio nobis pectorio intimasti, cùm Ecclesia Sulbiensis ob guerrarum discrimina cum suis omnibus ædificiis olim fuerit devasta, consumptis penitus bonis ejus, sic ipsam de bonis tuis obtenta retributionis aeternæ tam in ædificiis quam aliis necessariis procurasti salubri studio postmodum reparare quod in ea requiri potest hodie non immerito cultus Dei. Propter quod à te nobis extitit humiliiter supplicatum ut ibidem faceremus personas idoneas ordinari, quæ in eadem præstarent Domino devotum jugiter famulatum; maximè cùm eidem Ecclesiæ vix octo Canonicī serviant, cui solebant dudum viginti & amplius personali residentia deseruire, ac quidam non residentes ibidem ipsius ordinationem nitantur nequierer impedire. Nos igitur, fili Prior, tuas preces humiles admittentes, & cultum etiam zelantes domus Dei, discrezioni vestrae præsentium auctoritate mandamus quatenus tot in præfata Ecclesia Canonicos idoneos ordinare sagaci providentia studeatis quot ipsius expuntur fa-

cultates, & qui possint ibidem per jugem residentiam impendere Domino tam gratum obsequium quam devotum, contra dictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compelentes. Verum cùm dilectus filius W. de sancto Albino Clericus peroperat in eadem Ecclesia ordinari, devotionem vestram rogandam duximus & monendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus ob reverentiam apostolice sedis & nostram ipsum cum aliis ordinandis, si fuerit idoneus, admittatis in Canonicum & in fratrem ipsi Ecclesie servitum. Datum Signæ xiv. Kal. Octob. pontificatus nostri anno quintodecimo,

EPISCOPO ET CAPITVLQ Tripolitanis.

PEtiis per sedem apostolicam edoceri utrum cùm propter Hospitalios vel Templarios civitas vestra generaliter supponitur interdicto, eisdem non servantur. vos illud teneamini observare. Ad quod sic duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non præbet licentiam excedendi; sed si præfati Hospitalij vel Templariorum privilegiorum suorum fines exesserint, violando temere interdictum quod pro illis fuerit promulgatum, ne ipsi videantur de aliorum fletu ridere, vos in poenam præsumptionis eorum, quandiu ipsi violaverint interdictum, de nostra licentia celebretis. Datum Signæ xiv. Kal. Octob. pontificatus nostri anno quintodecimo.

EISDEM.

SIgnificantibus vobis ad audientium apololatus nostri pervenit quod cùm olim in Ecclesia vestra duodecim Canonorum numerus & totidem præbendarum fuerit rationabiliter institutus, & vos, quorundam inducti precibus, sex Canonicos receperitis ultra numerum constitutum in ejusdem Ecclesia non modicam lesionem, ut possetis hujusmodi relevare gravamen & excludere materiam concedendi beneficia vacatura, antiquum numerum duodecim Canonorum & præbendarum in eadem servari Ecclesia de cetero statuisti, quod petiis humiliter apostolico munimine roborari. Nos igitur vestris precibus inclinati, statutum ipsum, sicut absque præjudicio alieno utiliter & provide factum est, præsentium auctoritate præcipimus inviolabiliter observari, nisi adeo excreverint ejusdem Ecclesiæ facultates quod pluribus